



Christenverfolgung unter Nero Tacitus, Annales 15,44,2-5

Der Historiker Publius Cornelius Tacitus schildert in seinen *Annales*, einer Schrift über die Geschichte der römischen Kaiserzeit vom Tod des Augustus bis zur Ermordung Domitians (14-96), den verheerenden Brand Roms und wie sich der Verdacht der Brandlegung immer mehr auf Nero richtet. Dieser schiebt darauf die Schuld auf die Christen:

Sed non ope¹ humana, non largitionibus² principis aut deum³ placamentis⁴ decedebat infamia⁵, quin⁶ iussum incendium crederetur, ergo abolendo⁷ rumori Nero subdidit reos⁸, et quaesitissimis⁹ poenis affecit, quos per flagitia invisos¹⁰ vulgus Christianos appellabat.

Auctor nominis eius Christus Tiberio imperitante¹¹ per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat; repressaque¹² in praesens¹³ exitiabilis¹⁴ superstitio¹⁵ rursus erumpebat, non modo per Iudaeam, originem eius mali, sed per urbem etiam, quo cuncta undique atrocitas¹⁶ aut pudenda¹⁷ confluunt celebranturque¹⁸.

Igitur primum correpti¹⁹, qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens, haud proinde²⁰ in crimine incendii quam odio humani generis convicti sunt²¹. Et pereuntibus addita ludibria²², ut ferarum tergis²³ contacti laniatu²⁴ canum interirent aut crucibus affixi aut flammandi²⁵ atque, ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis²⁶ urerentur²⁷. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat et circense ludicrum edebat²⁸, habitu²⁹ aurigae³⁰ permixtus plebi vel curriculo³¹ insistens³². Unde quamquam adversus fontes³³ et novissima exempla³⁴ meritis miseratio³⁵ oriebatur, tamquam³⁶ non utilitate publica, sed in saevitiam unius absumerentur³⁷.

Kommentar

¹ops, opis f.: Hilfe

²largitio,-ionis f.: Spende

³deum = deorum

⁴placamentum,-i n.: Sühneveranstaltung

⁵infamia,-ae f.: schlimmes Gerücht

⁶quin: dass

⁷aboleo 2,-evi,-itum: beseitigen, vernichten

⁸reos subdere: als Schuldige vorschieben

⁹quaesitus 3: ausgesucht

¹⁰invisus 3: verhasst

¹¹imperito 1: herrschen, regieren

¹²reprimio 3,-pressi,-pressum: unterdrücken

¹³in praesens: für den Augenblick

¹⁴exitiabilis,-e: verhängnisvoll

¹⁵superstitio,-ionis f.: Aberglaube

¹⁶atrox,-cis: scheußlich

¹⁷pudendus 3: schändlich

¹⁸celebrari: (h.) Anklang finden

¹⁹corripio 3,-ripui,-reptum: ergreifen. Die beiden Subjekte zu correpti (sunt) sind qui fatebantur und multitudo



- ²⁰haud proinde: nicht so sehr, weniger
²¹convinco 3,-vici,-victum: überführen
²²addere ludibria (alicui): mit jem. seinen Spott treiben
²³tergum,-i n.: Fell
²⁴laniatus,-us m.: das Zerfleischen
²⁵flammandus 3: für den Flammentod bestimmt
²⁶in usum nocturni luminis: anstelle von einer nächtlichen Beleuchtung
²⁷uro 3, ussi, ustum: verbrennen
²⁸circense ludicrum edere: ein Zirkusspiel veranstalten
²⁹habitus,-us m.: Gewand
³⁰auriga,-ae m.: Wagenlenker
³¹curriculum,-i n.: Wagen
³²insisto 3,-stiti,-: sich stellen auf
³³sons,-ntis: schuldig
³⁴novissima exempla: die härtesten Strafen
³⁵miseratio,-ionis f.: Mitleid
³⁶tamquam +Konj.: als ob
³⁷absumo 3,-sumpsi,-sumptum: Passiv: umkommen

Sulpicius Severus, Chronik 2, 29, 2-3

Nero igitur vertit invidiam¹ in Christianos, actaeque in innoxios² crudelissimae quaestiones³: quin et⁴ novae mortes excogitatae, ut ferarum tergis contecti laniatu⁵ canum interirent, multi crucibus affixi aut flamma usti⁶, plerique in id reservati, ut, cum defecisset⁷ dies, in usum nocturni luminis urerentur.

Kommentar

- ¹invidia,-ae f.: Schuld
²innoxius 3: unschuldig
³quaestio,-ionis f.: Untersuchung, Verfolgung
⁴quin et: ja sogar
⁵laniatus,-us m.: Zerfleischung
⁶uro 3, ussi, ustum: (ver)brennen
⁷deficio M,-feci,-fectum: zu Ende gehen

Sueton, Nero 16,2

Multa sub eo et animadversa severe et coercita nec minus instituta: adhibitus¹ sumptibus modus¹; publicae cenae ad sportulas² redactae³; interdictum ne quid in popinis⁴ cocti⁵ praeter legumina⁶ aut holera⁷ veniret⁸; afflicti supplicii Christiani, genus hominum superstitionis⁹ novae ac maleficae; vetiti quadrigariorum lusus, quibus inveterata¹⁰ licentia passim vagantibus fallere ac furari per iocum¹¹ ius erat; pantomimorum factiones¹² cum ipsis simul relegatae.¹³

Kommentar

¹modum adhibere: Maß halten

²sportula,-ae f.: Körbchen mit Speisen

³redigo,-is,-ere,-egi,-actum: (h.) reduzieren

⁴popina,-ae f.: Garküche

⁵coquo,-is,-ere, coxi, coctum: kochen

⁶legumen,-inis n.: Hülsenfrucht

⁷holus,-eris n.: Kohl

⁸veneo,-is,-ire,-ii: verkauft werden

⁹superstitio,-ionis f.: Aberglaube

¹⁰inveteratus 3: altgewohnt

¹¹per iocum: zum Scherz, scherzhalber

¹²factio,-ionis f.: Anhänger

¹³relego 1: verbannen